



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Novembris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

Martyrium SS. Antonij Presbyteri, Zebinæ, Germani, & Ennathæ viginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

MARTYRIVM SS. ANTONII PRESBYTERI,

ZEBINAE, GERMANI, ET ENNATHAE VIRGINIS, EX

Historia Ecclesiastica Eusebij Lib. 8. cap. 19. interprete Iohanne

Christophorsono Anglo.

SIMVLATQV Etam multis, tamq̄ue egregijs magnanimorum Christi martyrum facinoribus ingēs persecutio-

Nouēbr. 13.

nis astus deferbuerat, & velut sacro illorū cruore flamma eius extincta erat, & iam remissio ac libertas cōfessoribus ex Thebaide, qui metallorum in eo loco nascentiū laboribus oppressi fuerāt, concessa, & nos Christiani tanquā pulchra quadam pacis serenitate nos ipsos eramus iam recreaturi: deintegrō certē ipse, penēs quē persequendi potestas erat, nescio quo pacto, quāve animi cōmōtione rursus cōtra Christianos mirē inflāmur. Proindē ex impro-

Maximinus fuit in Christianos.

nois Maximini literæ contra nos vbiq; in singulas prouincias missæ fuerūt. Vndē p̄sides & summus dux totius Imperatoris exercitūs, tabulis, epistolis & publicis edictis, ciuitatis cuiusq; curatoribus vnā cū P̄fectis p̄sidiōrum & tabellaris p̄cipiunt, vt edictū Imperatoris ad exitum perducere maturent: mandantq; vt cū omni celeritate idolorū delubra, quę ceciderant, rescicerent & denuō edificaret; quietiam efficerent, vt omnes omninō viri cū vxoribus, famulis & pueris, matrū vbera adhuc sugētib; immolarent, libamina afferrent, & ipsa sacrificia re ipsa degularet, & cibaria in foro venalia, impuris sacrificiorum libationibus contaminarentur: & pro foribus deniquē balnearum quidā quasi custos constituerentur, vti qui in his sordibus essent abluti, pōst scelestis & nefarijs illis victimis se inquinarent.

Iubet delubra idolorū restaurari, & sacrificare Christianos.

Quibus rebus ad hūc modū confectis, cū nostri deintegrō, vt verisimile erat, maximis curis & mōre tenerētur implicati, & gētilēs ipsi de intolerabili & nimia horum scelerū absurditate admodū conquererētur, (Nam ista illis nimium fastidij, nimiumq; importunitatis cōplecti visa sunt) & calamitosissima rēp̄tas passim omnibus impenderet, diuina Seruatoris nostri virtus & potentia his athletis tātā denuō animi iniecit fidēntiam, & quasi calitūs inspirauit, vt cū nemo illos vi impelleret, raperetq; ad fidei suæ confessionem, vltro offerrent sese, & omnes eiufmodi terrores ac minas strenuē protererent, & tanquā pedibus prorsus conculcarent.

Idcirco tres ex fidelibus simul vno animorū consensu, contra p̄sidentem immolantem insiliunt, & alta voce, tali errore atque amentia desistere, hortātur. Nam non alium esse Deū, p̄ter eum qui omnium rerū effector & architectus est, asserunt. Rogati ergo, quānam essent, Christianos se audacter constitentur. Qua de causa Firmilianus acriter & vehementius concitatus, absq; vllō alio supplicij genere capite mulctandos tradidit. Quorum vnus presbyter erat, nomine Antonius: alter Zebinas vocabatur, ex ciuitate Eleutheropoli prognatus: tertio Germanus nomen fuit. Decimotertio die mensis, qui Dies dicitur, id est, Idibus Nouemb̄ris, hæc de istis acta sunt.

Christianorum quorūdam insignis libertas & fortitudo. Cz dantur capite.

Eodem die mulier quēdā Ennathas nōie, ex vrbe Scythopoli orta, virginitatis quasi coronis pulchrē adornata, vnā cū illis martyribus eō accessit: quæ nō vltro se obtulit, vt illi, sed vitracta fuit, & ad iudicē adducta. Idcirco post verbera, & graues contumeliosq; cruciatus, quos iudex ei insignēdos curauerat, tribun⁹ quidā, qui illic in proximo magistratū gerebat, appellatus Maxys, homo nō tam nomine, q̄ tota vitę ratione nequā, & vt alijs rebus scelestis & perditis, itā tum corporis viribus supra modū robustus, tum moribus ferus & crudelis: tum apud oēs, qui illū nōrant, infamia & dedecore notatus, absq; autoritate maioris potestatis, hanc beatam virginē aggreditur, eamq; omni vestitu vsq; eō exuit, vt corpus à lumbis solūm ad pedes cōtegeretur, reliquū aut nudū existeret. Hanc p̄ vniuersam ciuitatē Cēsareā vndiq; circumduxit, lorisq; per totū forū & publicas plateas tractā, non sine quadā animi sui oblectatione verberauit. Quā post tot cruciatus, cū constantissimā animi firmitudinē p̄ tribunali, vbi P̄fectus cōsistere solebat, in fide tuēda ostēdisset, iudex viuā igne cremandā tradidit.

Ennathas virgo ad iudicem traditur. Cruciatu.

Crudeliter flagellatur.

Ignibus crematur.

Ite igitur immanitate longius progrediens, & rabiem propē beuuinam contra ipsos in dies adaugens, adeo extra naturā leges penitus egressus est, vti inanimis sanctorum virorum corporibus sepulturam impudens inuideret: & propterea cadauera sub dio, vt à bestijs dilaniarentur, noctū assidue & interdū seruati p̄cepit. Itaq; non

URIVS
OBER
NOBER
RVIII
S



exiguum hominum numerum, multorum dierum spatio, huic immani & barbaro mandato inferuentium, cernere licebat. Quinetiam alij ex specula & loco edito, tamquam operæ precium facturi, ne cadavera surriperentur, sedulo obseruabant. Itaque agrestes bestię, canes & aues carnioræ membra discerperunt humana, eaq; huc illuc disperferunt: & tota ciuitas vndiquè visceribus ossibusque hominum constrata fuit adeo, vt illisipis, qui antè fuissent infesto animo in nos affecti, nihil vnquam crudelius, nihil ad aspectu horribilius videretur: neque tam eorum calamitatem, in quos hæc admiffa erant, quam cum suamipforum, tum communis parentis naturæ ignominiam deplorabant. Spectaculum enim humanarum carniū, non vno loco deuoratum, sed vbique miserè dissectarum (quod omnem dicendi facultatem, omnemque Tragœdiæ speciem longè superat) prope ciuitatis portas cuiusque oculis subiectum fuit. Nonnulli autem membra, cadauera integra, & viscerum partes etiam intra portas se vidisse dixerunt.

Admiranda prodigia.

Dum permultis diebus ista gerebantur, tale quoddam miraculum accidit. Clara esset serenitas, & aër pulchrè splenderet, totiusque cæli omnia suo compertu ambientis summa extaret tranquillitas, derepentè columnæ ciuitatis, que publicas & cōmunes porticus sustentabant, multas veluti lachrymarū guttas quodammodo ex se profuderunt. Forū itēm & plateæ, nulla pluuię gutta ex aère decidit, nec vnde, quòve modo, aqua adperse maduerunt: sic vt ilicò rumor per omnium ora litaret, terram, vtpotè rerum id temporis gestarū scelus & impietatem non ferentem inexplicabili quadam ratione, lachrymarū vim ex se fundere, & lapides naturamque inanimam nefaria ea facinora deslere, quò hominum naturam tam ferream, tam immitem, tamq; ab omni affectione vacuum, iusta repræhensione coargueret. Verum nugæ & fabulæ, propè dixerim, hæc quidem oratio posteritati fortassè videbitur: nos tamen his, qui coipso tempore præsentibus, de rei veritate satis persuasi fuerunt.

DE S. METRIA MARTYRE, VT AIT VSVARDVS: QVEM TAMEN GREGORIUS TVRONENSIS HABET INTER CŒSSESORES (si modo is idē est) cap. 71. vnde ea, que sequitur, descripsimus.

Novēbr. 13.

for. * conditione

Franco Episcop' Aquensis.



QVENSIBVS est cōcessus in clytus athleta Metrias in corpore, iuxta historiam actionis, magnificè sanctitatis & licet * ditione seruus, liber tamen iustitia, qui, vt ferit legeres certaminis eius textum, peracto cursu beati operis, à seculo victor abscessit, sapius, se in cælis degere, virtutibus manifestis ostendens. Tempore igitur quodam, cum Franco Episcopus huius municipij Ecclesiæ gubernaret, Childericus, qui tunc primus apud Sigebertum Regem habebatur, villam eius competit, dicens, quia inuultibus Aquensī Ecclesiæ retineretur: & dicto citius conuenit Episcopus, datisque fideiussoribus, in præsentia Regis assistit, clamans & obsecrans, vt Rex ad huius causæ audientiam, præsentiam suam auerteret, ne cælesti iudicio condemnetur, addens: Scio enim virtutem Metriæ viri beati, quòd velociter in persuasorem suum irrogat vltionem. Deniquè coniuncti * adiutores res, causam discutunt. Insuper Childericus, atque impropere, criminibus exaccusat Episcopum, quòd res fisci ditionibus debitas, iniquo ordine retineret, extrahit eum vi à iudicio iuber, & * tantum ablata per iudicium præsentium villa, trecentis aureis condemnauit. Fauebant ei omnes, nec quisquam contra voluntatem eius audebat decernere, nisi quod eidem libuisset.

Episcopus S. Metriam orat, vt res Ecclesiæ sue crepta restituatur.

Deniquè condemnatus spoliatusque sacerdos, ad urbem redijt, atq; prostratus in orationem coram sepulcro sancti, dicto Psalmi capitulo, ait: Non hic accendetur iumen, neq; psalmorum modulatio canetur, gloriosissime sancte, nisi prius vicicaris res tuos de inimicis suis, resque tibi violenter ablatas, Ecclesiæ sanctæ restituas. Hæc cum lachrymis effatus, sentes cum acutis aculeis super tumulum proiecit: egressusque clausis ostijs, similiter in ingressu alias collocauit. Nec mora: corripitur peruasor à febre, decumbit lectulo, exhorret cibum, fastidit & potum, profert æstuans iuge suspirium. Cui etiamsi ab ardore febris, interdum sitis accederet, aquam tantum, nihil aliud, hauriebat. Quid plura? In hac egrotatione integrū ducit annum, sed mens praua non flectitur. Interea labitur cæsaries cuncta cum barba, & ita omne caput